Ideoq[ue] post contumaciam citati non comparentis, visum fuit de libello accusatorio hic pauca subijcere.

Dicitur a. libellus accusatorius, brevis & ordinata scriptura [a] claram continens & judici et parti demonstrans intentionem agentis vel accusantis. B. 9.

De Jure Com[mun]i duplex est libellus. Unus accusatorius,[b] qui inscriptio nuncupatur. Alter conventionalis[c] seu postulatorius[d] qui in civilib. causis instituitur. & primo propter Actorem, ut jus suum in eo coram judice declaret.[e] deinde reum, ut ex eo instrui possit, an liti cedere vel contendere velit.[e] Tertio offertur judicem, ut sententiam libello conformem[f] ferre queat. B. 87. dist. 1.

Efficiens causa libelli est ipse actor, vel orator, aut causidicus vel forensis.

Subjectum, est obligatio qua aliquis debetur.

Objectum est persona, res & factum, quod in eo deducitur.

Forma sunt solennitates, quae in eo requiruntur; Et sunt de Jure Communi duplices.[g] Intrinsecae ut narratio facti, causa petendi, conclusio seu petitio quae sunt de substantia libelli. Et extrinsecae ut nomen Judicis, Actoris & rei etc. quae sunt tamen ad bene Esse libelli, Et hisce versib. continentur.

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur & a quo
Recte compositus quisque libellus erit.

Finis libelli est, ut judex & clarius ex eo de Jure actoris instruatur.

Tales libelli in foro nostro non in

a Cyng in d. auth. Offeratur. C. de litis contest.

b 2. q. 1. c. legum. & 2. q. 8. per totum.

c c. 1. & fin. de libel. oblat. & auth. de litigio. § si vero. collat. 8.

d d. auth. offeratur. de litis contestat.

e l. 1. ff. de edendo.

f l. ut fundus. ff. com. divid.

g gl. in c. si contra. est. de offic. deleg. in 6. & l. 1. in pr. ff. de edendo. l. edita. C. de edendo. auth. offeratur. C. de litis contest.